

Hermann Schuckmann Thomas Hopmann

Collegii Theologici Disputatio Septima, De Praedestinatione

Rostochi[i]: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738369314>

Druck Freier  Zugang




R. U. Nicol 1648

Schückmann, Hermann

Hopmann, Theodor

Bibl. TU



Verweisungen

I
MA, 52

NE

A

culta-
te

imo,

CK-
fessore
tore

varij


brugâ

KOSTOCHI,

Typis NICOLAI KILLII, Acad. Typogr. Anno 1649.

1649





COLLEGII THEOLOGICI
DISPUTATIO SEPTIMA,
DE Utp^o r.
PRÆDESTINATIONE


Quam
ADJUVANTE GRATIA
SPIRITUS CHRISTI,
Cum suffragio Amplissimæ Faculta-
tis Theologicæ, in incluta Universitate
Rostochiensi,

PRÆSIDE
VIRO

Admodum Reverendo, Clarissimo atq; Excellentissimo,
DN. HERMANNO SCHUCK-
MANNŌ, SS. Theol. Doctore & Professore
Publico Celeberrimo. Præceptore & Promotore,
suo omni honoris cultu prosequendo,

Publicè in Auditorio Majori, die 3. Februarij
Eruditorum Examine subijcis

THOMAS HOPMANNUS, Osnabrugâ
Westphalus,



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILLII, Acad. Typogr. Anno 1640.

1649

COLLEGIUM THEOLOGICUM
DISPUTATIO SEPTIMA
PRAEDESTINATIONIS

AD IUVENES
SERTIENS CHRISTI


Commissario & in publicis Facultate
in Theologiae in huiusmodi Universitate
Honorabilis
PRAEYD

DR. HERMANN SCHNICK
MANNI, SS. Theol. Doctor & Professor
Publico Collegio, Praeceptor & Promotor
Publicus in Theologiae (Ab) in die 3. Februarii
THOMAS HERMANN Schnick



Rostock

Dr. Nicolai Kilius, 1744



Qui nullis poterat, vel paucis reddere vitam,

Non unum é cunctis vult periisse Deus.
Omnibus æquali succurrit morte **REDEMPTOR**
Hunc quæ mens recipit, certa salutis erit.

Et in hoc omnem benedictionem rovet

Dn. Respondenti

P R Æ S E S,

Ad præstantissimum Dn. Resp. haud reprobigenii juvenem.

Electum poscis de Electis carmen. Id ipsum Fata negant. Mitto de Reprobis reprobum.

O Reprobi! Reprobi! vobis quam dira minatur Fatum! Vos perdit nil nisi turpe nefas.

Joachimus Lütke man, Th. D.
Eccl. & Prof.

Non credis, quia Te **DEUS** eligit; at quia credis

Eligit: Ipse tamen Fidei fons principiumq;
Est **DEUS** à totis seclis? Hæc conciliabis!

Eximio Dn. Hopmanno, Amicissimo nostro planè gratul.

M. Bernhard Gosman,

Das Specimen studij, cui vitam animumq; dicasti,
Perge illud genio continuare bono.

Vive

*Vive Deo, qui cuncta potest, qui postera praescit,
Cui nihil obscurum, quem nihil usq; latet.*

Hæc paucula apponebat suo
καρδία dilecto

Theodorus Stedingk, Oldendorpiô
Scaumburgicus.

VEre novo ut vitis ridentes pandis ocellos;
Cujus lactabunt post pia corda borri.

*Sic augurans planè volebat illi quem observat, amat
ut alterum se,*

Johann Christoph. Ottonis, O. W.

Ad Dominum Respondent.

Sic benè! laudo tuum studium per dulces amice:
Gratulor ingenio prospera quaq; tuo.

Suo pl. amando, ex candido pectore
festinabat

Johannes Müller/Ertzâ-
Westphal;



DISPUTATIO VII.
DE PRÆDESTINATIONE.

S. I.



Articulus hic dat manus præcedenti, & alter alteri lucem affert (vid. S. 8. disp. 6.) Estq; prædestinatio fons omnis actionis divinæ pro salute & reparatione generis humani, & hæc vicissim illius apodictica declaratio est. Hinc Regula: Sic agit in tempore Deus cum homine salvando, sicut acturum se, ab æterno constituit, & vice versâ, Eph. 1, v. 3, 4. seqq. Rationem petimus ex immutabilitate Dei, & identitate operationis ac voluntatis ejus; quomodo executio decretum repræsentat. Principium utriusq; non est occulta aliqua voluntas, non ratio sibi relicta; sed verbum patefactum, in specie Evangelium Rom. 1, v. 16, 17, 18. Hinc supervacanea quæstio: An differendum de prædestinationis articulo in Ecclesiâ? Si quidem necessariò Evangelizandum est; adde, quod ex doctrinâ hâc efficacissimæ consolationes ducuntur pro erigendis afflictis mentibus, Rom. 8, v. 28, 29. quæ ignorari nec à Laicis debent Conf. disp. 1. S. 6, 18, Disp. 2. S. 5. Nos disserturi de hâc materiâ, duo notamus, æternam Dei prævisionem, & de prævisis voluntatem.

S. 2. Prævisio seu præscientia pro objecto habet omnia, excluso nullo vid. disp. 3. S. 7. In specie (& hoc loco) hominum omnes, eosq; porro vel adhæsuros Deo finaliter, vel non adhæsuros, de quibus infra. Circâ voluntatem Dei observamus initio summam ejus libertatem vel potestatem, quæ cum ipsâ essentiâ divinâ *ἐν ἑαυτῷ* est: Hinc non potest non velle bonum, nec adhibet deliberationem, nec pendet ab objectis externis, estq; simpliciter immutabilis: Secus cum arbitrio Creaturarum. Sed & liberrimè agens necessariò agit, quatenus contingentix opponitur necessitas; & hæc omnimodam immutabilitatem, quæ summæ libertatis est, subinfert.

S. 3. Deinde potestas Dei vel *absoluta* est, vel *ordinata*. Illâ longè aliter agere potuisset, quam hac vel agit, vel agere voluit; ceu quæ certum propositum, vel ordinem divinitus intentum decretumq; spectat: De hâc tenenda seqq. 1. unica est & simplicissima, eaq; æterna & immensa potestas, cui non opponitur, sed per essentiam inest hæc, quam distinctè pro captu nostro conceptam, ordinatam vocamus. Est & voluntas una,

RESP.
THOMAS
HOPMAN
NO Osnæ
brug:
Westph.

non duplex, non contraria: nam quicquid DEUS ordinatè voluit, absolutè non voluit. 2. Ordinata potestas non tantum non imminuit, nedum adimit Deo infinitam agendi libertatem, sed eandem præsupponit, & evidentè ostendit, evincit, confirmat. *Eph. 1. v. 9, 11.* 3. Ordo, quem respicit voluntas divina, est ejusdem æternum & immutabile consilium seu beneplacitum, quod cum Dei sit & in Deo; non nisi à se ipso pendere potest.

§. 4. Absolutæ potestatis fuisset, vel totam hominum massam peccato infectam sinè remedio sub irâ relinquere, & sic omnes omninò peccatores æternum abijcere, vel redemptorem (sinè quo salvâ essentiali justitiâ nemo in gratiam recipi potest) aliquibus saltem destinare & exhibere; cæteris absq; redemptionis & reconciliationis gratiâ, in morte præteritis; idq; citrà ullam sivè immisericordiæ sivè injustitiæ notam. Verum non controversitur in hoc articulo, quid agere, vel non agere Deus potuisset, sed quid agat, quidq; agere voluerit, & sic proceditur ad voluntatem ordinatam; & in hâc commendandâ absolvitur & terminatur scriptura tota, quæ dum hanc & illam inter se confert, id agit, ut illâ negatâ, hæc stataminetur. Utriusq; verò collatio doctrinam de gratiâ & prædestinatione valdè illustrat, multumq; facit, tum ad suprimendam cordis superbiam & temeritatem, tum excitandum in homine timorem, reverentiam, gratitudinem Deo debitam; quippè qui totum genus humanum in peccata prolapsum, per fidem in Christum salvum esse voluit, cum neq; te præcisè, neq; quemquam salvare opus habuisset. Hoc applicare liceat similitudinem de figulo, quâ utitur Paulus secundum scripturam Propheticam, *Jesai. 45, 9.* respondens ad objectionem temerariorum, de voluntate divinâ irresistibili *Rom. 9, v. 19, 20, 21.* cujus responsi sententia hæc est: Non magis te cum Deo (si taliter non aliter tecum agat) expostulare posse, ob summam ejus *ἐξουσίαν*, quam figmentum cum figulo potest.

§. 5. Eò recidunt omnia. Pendet salus hominum non ab arcano aliquo & absoluto decreto, sed ordinem certum, eumq; præstantissimum includente beneplacito divino. Probat. 1. ex universali & perpetuâ script. sententiâ, quæ quoties hominem pro obtinendâ beatitudine æternâ ad certa media vocat (in hoc autem tota est à principio usq; ad finem) toties occultum & fatale decretum negat, ordinatam voluntatem ponit *v. g. Jes. 53, v. 10, 11. Job. 3, v. 16, 17, 18. Conf. v. 14, 15, Eph. 1. &c.* 2 à multâ longanimitate Dei, tolerantis vasa ignominiæ ad interitum ex

fs

seipſis plenè compoſita *Rom. 9, 22. Conf. c. 2. v. 4. adde 2. Pet. 3, 9.* 3. à cauſâ proximâ damnationis, incredulitate, quæ improbationem conſilij ſeu ordinis divini (ſicut ex oppoſito fides approbationem illius) inferit. Et id eſt, quo ad quæſtionem: cur gentes adſequantur juſticiam, Iſrael non item? ſolidè reſpondet Paulus *Rom. 9 v. 31, 32.* Obijcitur locus *Exodi. 33. v. 19.* qui citatur *Rom. 9, 15.* addito exemplo Pharaonis *v. 17. conf. præcedd. v. 10. 11. &c., item c. 11, v. 5, 6, 7. &c.* Non evincitur hic aliud, quam pendere ſalutem & juſticiam noſtram non ex merito operum, ſed ſolùm ex voluntate Dei: Hæc autem quænam & qualis ſit, explicatur in textu tum Moſaico tum Paulino; vide in illo *v. 17.* collatum cum *19.* & obſerva per **רַעַת בְּיָסָד** (item per **פְּנֵי יְרֵכּוֹ** *v. 14*) ſignificari gratioſam Dei præſentiam in filio mediatore. In hoc expende *v. 30, 31, 32, 33.* adde *c. 11 v. 20.* ex quibus colligitur, ſicuti voluntas Dei miſerentis fidem reſpicit, ſic ejuſdem indurantis, reprobantis; incredulitatem reſpicere.

§. 6. Cœterum in voluntate Dei ordinatâ duo diſtinctè evolvenda, antecedens & conſequens. De utroq; conjunctim notamus ſeqq. 1. Diſtinctio ſit non in Deo, ſed ſecundum noſtrum concipiendi modum. 2. Fundamentum diſtinctionis eſt in locis omnibus, in quibus conſideratur voluntas Dei de ſalvando homine per fidem in Chriſtum, tum reſpectu ſui ipſius ad homines, tum diverſitatis in objecto præviſæ, *v. g. Job. 3, v. 17.* in quo antecedens voluntatis divinæ, & 18. ubi conſequens exprimitur. 3. Utrumq; in Deo non diverſas, ſed unam individuum, immutabilem voluntatem dicit. Deus enim, quando deſiderat omnium ſalutem per fidem; vult hoc ipſo credentes æternum beari, incredulis ſub irâ relictis; & vice verſâ, dum illos ſalvat per fidem, hos damnat ob incredulitatem, omnium ſe voluiſſe beatitudinem (ſed ordinate) oſtendit. Objectum itaq;, circa quod verſatur antecedens Dei voluntas, ſunt non tantum genera ſingulorum, ſed & ſinguli generum, h. e. quilibet homo peccator, qualis poſt lapſum in ipſâ corruptione inventus, ſecundum æternam Dei præſcientiam conſideratur. Et hoc reſpectu beneplacitum voluntatis divinæ tria includit, univerſalitatem amoris, meriti, converſionis gratiæ.

§. 7. I. De Univerſali amore ſeu favore Dei, Aſſert. I. Deus, utut extremè odit peccatum, hominis tamen ex peccato miſeri miſertus eſt, & ſic totum genus humanum morti obnoxium dilexit. Probatur ex *Rom. 11, 32.* ubi concludere omnes ſub incredulitate, idem eſt, quod demonſtrare diſſidentiam ſeu inobedientiam omnium, vel ſingulos ad peccatorum

torum classem referre, quomodò alias per ἀμαρτίαν explicatur Gal. 3, v. 22. Rom. 3, 9. Sic Job. 3. 16, 17. objectum dilectionis Dei mundus est. κόσμος autem cum notat incolas terræ (homines) supponit vel in genere pro omnibus v. g. Job. 1, v. 10. Rom. 3, v. 6. vel in specie pro infidelibus & reprobis, idq; in oppositione separatorum à mundo v. g. Job. 17. v. 9. Pro solis verò electis (quatenus tales sunt) nuspiam accipitur. II, vult Deus perire neminem, omnes salvari, neminem mori, omnes vivere vitâ mortis animæ oppositâ, Ezech. 33, v. 11. ubi 1. ׀ׁׁׁׁ prævaticorem dicit, non tantum qui naturâ talis est, sed destinatâ voluntate maximè. 2. Firmamentum voluntatis divinæ de vitâ impii, est vita ipsius Dei, teste verbo veritatis. adde 1. Tim. 2, 4, 2. Pet. 3, 9. ubi unâ cum vi probandi, urgenda universalitatis nota, πᾶς κτίς & πῆς. III. idem salvare volens omnes, vult quoq; omnes uti mediis ad salutem ordinatis, διὰ τὸν λόγον, in quib; vita & conversio. salus & pœnitentia. veritatisq; agnitio individuo nexu conjunguntur. II. De æquali virtute satisfactionis meriti ac mortis Christi. Assert. I. Christus ex suâ & Dei patris intentione, proposito, decreto, non tantû sufficiens redemptionis λύτρον, sed & efficax in se, pro omnibus hominibus, morte suâ persolvit. Probatur ex Jesh. 53. ubi observamus. 1. ׀ׁׁׁׁ s. beneplacitum Domini fuisse, percutere servum obedientissimum, v. 10. ex eo, quod excurrere in ipsum fecit peccata omnium v. 6. 2. Finem, quæ est executio εὐδοκίας divinæ (de justificatione hominis peccatoris) v. 10, 11. 3. Objectum universale v. 6. ubi ׀ׁׁׁ respicit errantes, quales naturâ sunt omnes, ipsi etiam regeniti, ὧς καὶ ἡμεῖς. 4. Pretium redemptionis, quod est anima Christi, quam ׀ׁׁׁ ipse ponit, h. e. vice omnium, quorû peccata bajulat, pœnæ subijcit. Conf. 1. Tim. 2, v. 6. Et hinc II. non modo pro fidelium, sed & pro omnium peccatis expiatio est, 1. Job. 2, 2. quin & eos III. redemit, qui peccant, & à quibus ipse negatur & conculcatur 2. Pet. 2, v. 1, Ebr. 10. v. 29. &c.

§. 8. III. De sufficienti conversionis gratiâ. Ass. I. Deus non modo per lumen naturæ, quod conservat post lapsum, & beneficia naturalia, quæ ipsis etiam infidelibus confert, intuitu meriti Christi (expende nolum in Gen. 8. v. 21. &c. 9. v. 1. seqq. Conf. disp. 4. §. 2) quæq; benignitatis ipsius testimonia sunt, tamen salvandi virtutem non habent (vid. disp. 2. §. 3) ad quærendum se omnes homines invitat. Act. 14. v. 15, 16. c. 17. v. 26, 27. Sed & 11. per verbum salutis, quod indè à lapsu usq; ad consummationem seculi prædicari, propagari, & sic gratiam. quam continet salu-

lutife-

lutiferam, omnibus hominibus illucescere facit, tanquam per mediu[m] potens ad salutem, sufficienter vocat, etiam illos, qui non obediunt. Evangelio Tit. 2, v. 14. Rom. 10. v. 14, 15, 17, 18, 19. III. Mediante verbo internam gratiam pro illuminatione & regeneratione cordis æqualiter efficacem ac sufficientem omnibus & singulis destinat & exhibet: Probatur ex præcedd. & quidem 1. ex universali dilectione Dei. 2. ex virtute meriti Christi, quorum neutrum consistit cum non destinata, vel oblata quidem omnibus, sed non perindè respectu singulorum sufficienti ad applicandum gratiã. Adde quod Christus sit lumen illuminans omnem hominem Job. 1. 3. ab efficaciã verbi divini, quod Spiritus est & vita Job. 6, v. 63. nec potest nõ æqualiter se habere ad omnes convertendũ vid. Rom. 1, v. 16. His positis, infallibiliter concludimus, Deum salutis omnium, nullius damnationis cupidum esse; præsertim cum voluntas DEI lapsum generis humani ab æterno prævisum præsupponat, omnemq; ad peccandum destinationem excludat, vid. Diss. 5.

§. 9. Certamen hic est de universali dilectione, satisfactione, conversionis gratiã. Hæc sigillatim evicta habes §. 7, 8. Obijcitur 1. Quæ serio vult Deus, non posse non evenire. At non salvantur omnes. E. R. Distinguendo 1. inter voluntatem Dei absolutam & ordinatam, seu conditionatam: illã quæ sunt, necessariò fiunt, hæc, non nisi ordine vel conditione certã positã. 2. inter antecedentem & consequentem. Illa omnium intendit salutem, sed cum impletionem conditionis. Hæc in adimplentibus vel non adimplentibus conclusionem facit. Excipiunt Deum, quæ præscit se non assecuturum, frustra velle, & consequ. non velle. R. vult salvari omnes sub conditione (fidei) possibili; frustra voluisset, sub impossibili, h. e. est tali, quam nulli assequi possent, nec quisquã assecutus esset, sed quæ causa, quod non omnes assequuntur? R. voluntas eorum, qui gratiã resistunt, vel eandem non admittunt, propria facit Matth. 23. v. 37. vid. diss. 6. Reperunt: Itã fieri posse, ut omnes resistent, & sic nullam fore Ecclesiam, nullum electum. R. beneplacitum salvandi cunctos, concipiendum de Deo est non ἀπαλώσ; sed cum prævisione certi eventus & executionis decreto. Obijc. II. Christum non fuisse mortuum pro actu damnatis, ut ex inferno liberarentur. R. Mors Christi sufficiens à priori fuit, ad id, ne damnarentur, quotquot suã culpã damnati sunt: quin quod justissima ob incredulitatem damnatio sufficientissimi meriti Christi æternum & apodicticum argumentum manet. III. Non orare Christum pro mundo Job. 17. R. orat pro credentibus, ut serventur in

veritate, in qua non est, nec esse cupit mundus; orat vero pro omnibus, tanquam omnium mediator. *vid. Histor. passionis.* Deinde orandum secundum voluntatem Dei, quæ est, ut Credentes salventur, non ut finaliter increduli. *Job. 5. 19. IV. Non omnibus omni tempore prædicari Evangelium &c. 1. Fit hoc culpâ hominum contempnentium vel negligentium verbum. 2. semper Deus Ecclesiam habuit, & huic verbum salutis ad illuminandum infideles nunquam defuit. 3. Commune omnibus est lumen naturæ, & dictamen conscientiæ Rom. 1. c. 2. Act. 14, c. 17. quibus quotquot rectè usuros scivisset charitas ipsa, hos ducere porro ad lumen gratiæ & viribus apprehendendi illud donare non intermississet. V. Obijc. Locus *Matth. 11, v. 21, 23.* &c. loquitur Dominus non de simplici ἀδυναμία, sed eminenti aliquo respicientiæ gradu & patenti effectu, quem promotura fuissent in Tyriis & Sodomitis, signa illa, quæ ad ostensionem Messiæ in carne, reservari debuerunt *Job. 5. v. 36. c. 15. v. 24.* Cœtera, quæ hic assequi non possumus, subiicimus cum piâ admiratione profunditati divitiarum &c: *Rom. 11. v. 33. seqq.**

§. 10. Hactenus de voluntate antecedente. *Consequentia sunt.* Electio, & huic opposita reprobatio. Electionem exprimunt Synonyma ἐκλογή καὶ προορισμός, quæ re conveniunt, tamen illud terminum à quo magis, hoc ad quem respicit. Est n. ἐκλέγεσθαι h. l. (cui respondet רָחַץ) ex promiscuâ hominum multitudine quosdam secernere: προορίσειν vero (cum quò convenit כָּתַב לְיָמֵיךָ adscribere vitis) prædestinare vel determinare ad beatitudinem æternam. Hic notetur I. Causa principalis eligens, unus verus Deus, Pater, Filius, & Spiritus S. *Eph. 1. v. 3. seqq. Job. 15. v. 16. 1. Cor. 6. 11.* II. Objectum, homines peccatores, sed Christum recepturi finaliter. Hi dicuntur ἐκλεκτοὶ Θεοῦ *Rom. 8. 33.* cœtus ἐκλογή c. 11. v. 7. distincti à cœteris, quorum culpa non universalis sed particularis est electio *Matth. 20. v. 16. c. 22. v. 14.* III. Norma, quæ est πρόθεσις seu propositum Dei *Rom. 8. v. 28 Eph. 1. v. 11.* includens 1. fontem, nempe consilium, seu quod idem est beneplacitum voluntatis divinæ, confer. v. 5. 2. Causam moventem, meram Dei gratiam & misericordiam, non opera, non merita, Hinc ἐκλογή χάριτος *Rom. 9. v. 11. c. 11. v. 5. & 6.* 3. Fundamentum itemq; causam prædestinationis meritoriam, Christum, *Eph. 1. v. 3, 4. seqq.* 4. medium salutis (quæ & conditio in electis requisita) fidem, ad quam probandam facit, decre-

ta simul afflictionum series *Rom. 8. 17. 28. 29.* Et sic *ἡ ἐκείνη ἰδέσθαι* est
 ipsa de salvando homine in Christo per fidem ordinata Dei voluntas.
 Hinc credentes dicuntur *παρυμένοι*, h. e. ordine seu *τάξι* divinâ ad vi-
 tam æternam destinati *Act. 13. v. 48.* Ex quo fluit IV. Decretum æternum
 & hinc electio æterna *Eph. 1. v. 4.* (cui responderit in tempore executio)
 idq; triplex, vocationis, justificationis, glorificationis, *Rom. 9. 30.* illa initium
 salutaris actionis, ista medium, hæc finem importat, ubi notandum, in-
 choari hinc glorificationem renovatione mentis ad imaginem Dei *2. Cor. 3.*
v. 17. consummari in alterâ vitâ. V. Principium prædestinationis
ἐπιγνώσις τῆς θεῆς, quâ Deus ab æterno, finaliter credituros vel non
 credituros præcivit &c. *Rom. 8. v. 29. 1. Pet. 1. v. 2. Eph. 1. v. 4.* VI. Ter-
 minus à quo, mundus *Iob 15.* ad quem *ἡ ἐκείνη ἰδέσθαι, κληρονομία*, salus, vi-
 ta æterna *Eph. 1. v. 5. 11. Act. 13. v. 48.* VII. Finis à parte Dei, gloria
 gratiæ ejus *Eph. 1. v. 6.* à parte hominis sanctificatio & conformitas cum
 imagine Christi, in cruce simul & gloria *v. 4. Rom. 8. v. 29.* VIII. Effe-
 ctum; singularis propensio & cura Dei erga electos, eaq; summa, pecu-
 liaris, paterna, Unde salvator omnium Deus est, *maximè* vero credenti-
 um *1. Tim. 4. v. 10.* Huc refer loca de prærogativis, & excellentia eorum,
 qui sunt in Christo; quæ ipsa beneficam Dei Patris de homine salvan-
 do voluntatem, meritum Filij & salutes Spiritus S. operationes in ele-
 ctis perfici ac terminari docent. IX. Usus & fructus doctrinæ hujus,
 qui consistit in certitudine salutis. Assert. 1. Certitudo de salute &
 conseq. de prædestinatione ad salutem, pendet ex certitudine gratiæ DEI
 in Christo fundatæ, & hæc vicissim ex applicatione illius per fidem, 2.
 Fundamentum fidei est verbum de universali amore, merito Christi,
 medijs salutis. Quorum obsignatio fit per internum testimonium Spi-
 ritus S. *Rom. 8. v. 15, 16.* tanquam arthabonis hæreditatis nostræ *Eph. 1.*
v. 13. 14. Et hoc 3. verè arguit nos esse Christi & conseq. electos Dei
Rom. 8. v. 9. seqq. 17. 28, 29. 30. Sed & 4. Demonstratio inhabitantis Spi-
 ritus Christi versatur in τῷ duci ab eo *v. 14* Ductus iste exerit se propo-
 sito & opere bono. Et hoc ipso probanda fides, & sic firma reddenda
 electio est, *2. Pet. 1. v. 10.* Vnde 5. Certitudo salutis non absoluta est, sed
 ordinata. Ratio, quia & ipsa gratia & electio talis. Sed & 6. Fiducialis
 apprehensio Christi, eaq; perpetua, quæ cum malo proposito non confi-
 stit, certissimum me esse jubet: de gratiâ Dei, de salute, de electione, usq;
 adeo,

adedo, ut Deus, si mihi peccatori, sed secundum *voluntatem* & beneplacitū voluntatis suæ continuo poenitenti, & verè per fidem, in dilecto suo, existenti, æternam vitam negaret, vel ad eam re apprehendendam pro omni virtute suā non conservaret; nec omnipotens, nec verax, nec justus nec misericors esset in Christo, & sic Deus non esset; quod blasphemum. Expend. apodixis Spiritus pro perseverantia fidelium, in Rom. 8. toto.

§. 11. Ex oppositione electionis rectum fit iudicium de *Reprobatione seu abiectione* æternā, cujus objectum sunt omnes non credentes in filium Dei finaliter; & sic ratio decreti divini condemnatorij ad mortem, finalis incredulitas est, eaq; à Deo in æternitate prævisa Job. 3. v. 18. Rom. 9. & 11. Finis vero declaratio justitiæ divinæ Rom. 2. 2. Thes. 1. v. 6. seqq.


§. 12. Controvertitur hic. I. de decreto electionis & *Quæ ingrediatur illud Christus, tanquam causa illius meritoria, item An electio facta sit intuitu fidei?* Aff. Probationem pete ex præced. expende nexum in Eph. 1. v. 4, 7. & seqq. adde 2. Thes. 2. v. 13. II. an quisquam propter solum originale peccatum, an vero ob prævisam incredulitatem æternæ morti adju dicetur? N. prius, Aff. posterior. Ratio sumitur à voluntate ordinatā, quæ redemptorem contrā peccata, fide apprehendendum constituit. III. an propter opera facta sit electio? N. inter alia ex 2. Tim. 1. v. 9. Confer. Rom. 6. 11 v. 5, 6. IV. an sit certus electorum numerus? R. Certissimus Deo est ex præscientia infallibili (non decreto fatali) Novit Deus, qui sunt sui. II. De perseverantia, & *Quæ 1. an renati possint amittere gratiam?* Aff. & probatur 1. ex dictis Ezech. 18. v. 24 26. conf. Rom. 8. & 11. adde omnes propositiones de salute conditionales, quales sunt, *si permanserint in fide* &c. *si secundum carnem vixerint* &c. 2. ab exemplis Davidis, Petri, aliorum lapsorū, itemq; communi experientiā 2. *Quæ sed otiose, an electi finaliter excidant gratia, & sic æternum pereant?* Quod N. tum ex præced. tum ob contradictionem, quæ implicatur; nam qui reprobantur ob finalem incredulitatem, hos electos non esse, certum est. Ratio petitur ab immutabilitate decreti divini seu voluntatis consequentis conclusivæ, ex prævisione infallibili & certā.

§. 13. Quæ dicta sunt, in hoc contrahimus compendium. *Constituit Deus ab æterno, creare hominem bonum & rectum. Prævidet eundem cum omni posteritate lapsurum. Misereatur hominum miseria Utq; hos salva justitiā juvare possit, ordinat pro omnibus filium redemptorem, fide suscipiendum. Hunc quotquot finaliter recipiunt, salvantur, quotquot rejiciunt, damnantur.*

quam N. T. *Tit. 1. v. 2, 3. Rom. 1. v. 2. In hoc dicitur mysterium temporibus secularibus tacitum Rom. 16. v. 25. tamen utroque modo, ratio sibi relicta semper occultum manet, 1. Cor. 2. Objectum, cui annuntur, sunt peccatores omnes, in specie contriti, *υμεις*, pauperes, terra *Yesh. 61. v. 1. Luc. 1. v. 20. Matth. 11. v. 25.* In his enim perficitur virtus Evangelica. Unde constat decisio *Q. an Evangelium proprie sit consilio poenitentiae seu contritionis?* N. de Evangelio strictè sumpto, quod non terret, non conterit, sed territos & contritos ex lege erigit *Marc. 1. 15. Luc. 8.**

§. II. I. Autor Evangelij tam ratione decreti æterni, quam factis suis temporibus manifestationis idem est, qui verbi totius *vid. Disp. §. 11. adde Tit. 1. v. 2, 3. Job. 1. v. 17, 18. 1. Cor. 2. v. 7, 10, 11, 12.* II. Maria cum formâ conjuncta sunt promissiones gratiæ, earumque vel simpliciorum impletio hominum fidem non requirit, licet sine hac non possint v. g. de mittendo filio, de colligenda Ecclesiâ; vel conditionatæ, quæ fidem seu medium applicandi Christum sive exhibendum sive exhibitum includit. *Marc. 16. v. 16. omnes gratuita, omnes certæ & inalienabiles Rom. 3. v. 4.* III. Finis, à parte Dei, gloria sapientiæ, misericordie, justitiæ, potentie, veritatis divinæ, *de quibus passim in sacris, e. g. Luc. 1. v. 78. Rom. 1. v. 17. resp. hominum, æterna salus, & fidei ad eam consequendam, juxta cum viribus gratiæ, collatio Rom. 1. v. 16. c. 8. v. 2.* hinc constat præcipua legis & Evangelij differentia, quæ Paulus ostendit *2. Cor. 3. ubi litera dicit strictum legis sensum, citrà implendi facultatem, Spiritus vero virtutem in Evangelio efficacem. Illi mortificationis vivificatio tribuitur.*

§. 12. Ex dictis patet *Discrimen V.* & N. T. ubi notandum V. N. T. usurpavit 1. more Ecclesiastico, pro libris Prophetis & Apostolicis. Ratio distinctionis est *in Ebr. 1. (vid Disp. 1.)* 2. pro diverso Ecclesiæ statu. 3. specialiter & proprie pro fœdere antiquo & novo. *Primo* notetur. In Lege (Mose & prophetis) Evangelium, & in Evangelio (Evangelistis & Apostolis) Lex est. *De secundo.* Ass. I ratio justificationis & salutis una est & eadem tam ante, quam post exhibitum Messiam *Act. 15. v. 11. unum utrobique medium offerens, promissio Evangelica Gal. 3. v. 16. Rom. 10. v. 8. Deut. 30. v. 12. unum apprehendendum fides Gen. 15. v. 6. Rom. 4. v. 3. seqq. unum fidei objectum Christus Ebr. 13. 8. Apoc. 13. 8. una denique salus & benedictio promissa Gen. 22. v. 18. Gal. 3. v. 16, 22. adde Ebr. 11. tot.* II. differentia consistit in claritate lib



the scale towards document